Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cessare faciam ex hominibus memoriam
eorum. Sed propter iram inimicorum distuli ne
forte superbirent hostes eorum. Et dicerent.
Manus nra excelsa! et non dns fecit hec
omnia. Gens absq; consilio est et sine pru
dentia! utinam sapent et intelligerent!
ac nouissima prouiderent. Quomodo p
sequebatur unus mille! et duo fugarent
decem milia. Nonne ideo quia deus
suus uendidit eos! et dns conclusit illos!
Non enim est ds nr ut ds eorum! et inimici
nri sunt iudices. De uinea sodomorum
uinum eorum! et de suburbanis gomorre.
Ua eorum uua fellis! et botrus amarissimus.
Fel draconum uinum eorum! et uenenum aspidum
insanabile. Nonne hec condita sunt apud
me! et signata in thesauris meis? Mea est
ultio. et ego retribuam eis in tempore!
ut labatur pes eorum. Iuxta est dies perditio
nis! et adesse festinant tempora. Iudica
bit dns ppm suum! et in seruis suis mise